


NUMMVS MONITORIVS
FRIDERICI SECUNDI DANIAE RE-
gis : cufus durante bello contra Ericum Suetiae re-
gem fufcepto: Anno Chrifti

1564.



LST multa eorum, qui in rebus arduis, cum primis vero Regnorum atque Rerum publicarum administratione versantur, querela atque indignatio: quod lubricae ac vacillantis fidei non raro ij deprehendantur, in quorum candorem atque integritatem salutis suae arcem atque praesidium tutò collocari posse, speraverant. Expertus idem, procul dubio, fuit Rex Daniae Fridericus II. eaque propter in honore ac precio eos habendos symbolo suo monet: quos non vel honorum splendor: vel praemiorum ubertas: vel periculorum atrocitas à fide semel data inculpatâque ratione dimovere potest. *Syncera namque fides, minimeq; variegata res admodum rara est: magna vicissim eorum natio, qui haud secus atq; vento circumagitur fortuna velum, versatilis est globus, cui insistit: sic, quo res secunda vergunt, cò animum inclinant: Orientem solem. (ut habet proverbium) adorant: à tergo relinquunt. Author.*